

Nonum

ad p̄templandā eius humanitatē. et
v̄trobis̄ pascua inueniēt. id ē delca-
tionē. v̄t exponit̄ in li. de spū z anima

¶ Quas ergo primas rōnes p̄cedim?
¶ Ad illud quod cōtra obijcitur dī-
cendū q̄ ratio illa procedit quantuz
ad statum vie in qua nondū sumus
deo perfecte coniuncti. Sed oportet
nos ad deum per christum accedere.
sed cum iā deo in beatitudine cōiūcti
erimus. per prius intēdemus christi
diuinitati q̄ eius humanitati

¶ Incipit quodlibet nonū
sancti Thomae

Questus est primo de ca-
pite xp̄i. Deinde de mē-
bris. **¶** De christo q̄stus
est tripliciter. **¶** Primo
quātū ad naturā diuinā
¶ Secundo quātū ad v̄nionē hūane
nature ad diuinā. **¶** Tertio quantum
ad species sub quibus in sacramento
altaris continetur

¶ Articulus primus

Quia primū querebat̄ v̄tuz
deus possit facere infinita eē
actu. et videtur q̄ non. **¶** Deus
enim potest facere aliquid maius oī
eo quod facit. quia eius potentiā nō
adequat opus. v̄t dicit̄ Hugo de s̄o
Victore. **¶** Sed infinito in actu nō po-
test esse aliquid maius ergo non pōt
esse q̄ deus faciat infinitū in actu.
¶ Sed cōtra. **¶** Deus potest plus facere
q̄ hō possit dicere vel cogitare. s̄m
illud. **¶** Luce p̄mo. **¶** Nō erit impossibile
apud deum om̄e verbum. **¶** S̄z homo

potest dicere esse infinitum in actu. et
etiam cogitare. cū quidā philosophi
hoc posuerunt. v̄t patz in tertio phi.
ergo deus potest facere infinitum in
actu. **¶** Responsio dicendū q̄ cum di-
citur deum non posse aliquid facere.
hoc nō est propter defectum diuine
potentie. sed propter incōpossibilitatē
que importatur in facto. **¶** Quod
quidē contingit dupliciter. **¶** Quid mo-
do quia repugnat facto in quantum
est factum. sicut dicimus deū nō pos-
se facere aliquam creaturaz. que se in
esse conseruet. quia ex hoc ip̄o q̄ res
aliqua ponitur habere superiorē. po-
nitur etiā indigere conseruatione cū
idem sit causa essendi rei et p̄seruans
rem in esse. **¶** Alio modo q̄a repugnat
huic facto in quantum est hoc factum
sicut si dicamus deum nō posse face-
re equū rationalem esse. **¶** Esse enim ra-
tionale quātū non repugnet facto.
in quantum est factum. tamē hoc factū
scilicet esse rationale repugnat om̄i
equo in quantum est equus. in cuius dif-
finitōne cadit irrationale. **¶** Quidā au-
tem dicunt q̄ deus nō potest facere
esse infinitum in actu. quia esse infini-
tum repugnat facto in quantum est fa-
ctum. **¶** Est enim contra rationē crea-
ture. v̄t creatorem adaequet. q̄d opor-
tet ponere. si est aliqua creatura infi-
nita. **¶** Infinitum enim infinito maius
non est. **¶** Sed istud nō videtur ratio-
nabiliter dici. **¶** Nihil enī prohibet il-
lud quod est infinitū per vnū modū
superari ab eo quod est infinitū plu-
ribus modis sicut si eēt aliquid cor-
pus infinitum s̄m longitudinem. fini-
tum vero latitudine. esset minus cor-
pore longitudine et latitudine infini-
to. **¶** Dato autē q̄ de⁹ faceret aliqd cor-
pus infinitum actu. corpus quidem
hoc esset infinitū quātitate dimēsiua

Quodlibet

sed de necessitate haberet naturā spēi
terminatam. et esset limitatus ex hoc
ipso quod esset res materialis. unde non
esset equale deo. cuius esse et essentia
est modis omnibus infinita. Alij ve-
ro dixerunt quod esse infinitum in actu
sine aliquem modum non repugnat
facto in quantum factum. neque huic
facto in quantum est hoc factum. quod est
ens in actu. Alij vero modo repug-
nat enti in actu esse infinitum. et hec
est opinio algazelis. Distinguit enim
duplex infinitum scilicet infinitum per
se et infinitum per accidens. cuius
distinctionis intellectus hinc accipi
potest. quod cum infinitum principaliter
in quantitate inueniatur. ut dicitur
in primo phi. si quantitas in qua infi-
nitum consistit habeat talem multitudi-
nem. cuius unaqueque pars ab altera
dependeat et certum ordinem habeat
ita quod unaqueque pars illius multitudi-
nis requiratur per se. tunc infinitum in
tali quantitate consistens dicitur infi-
nitum per se. sicut patet in hoc quod ba-
culus mouetur a manu. manus a la-
certis et nervis. qui mouentur ab a-
nima. quod si in infinitum procedunt.
ut scilicet anima ab alio moueatur
et sic deinceps in infinitum. vel bacu-
lus aliquid aliud moueat. et sic deinceps
in infinitum erit multitudo istor-
um mouentium et motorum per se
infinita. Si vero quantitas in qua con-
sistit infinitum resultat ex aliquibus plu-
ribus. que eundem ordinem seruent
et quorum numerus non requiritur
nisi per accidens. tunc erit infinitum
per accidens. sicut si aliquis faber cul-
tellum faciat. ad cuius constitutionem
multis martellis indigeat ex hoc quod
vnus post alium frangitur. et vnus
succedit in locum alterius eiusdem or-
dinem tenens. si talis multitudo in in-
finitum excreseat dicitur infinitum

per accidens et non per se. Accidit
enim fabrili operi martellorum infi-
nita multitudo cum per vnum mar-
tellum. si duraret equaliter posset ex-
pleri sicut per infinitos. Sicut ergo
quod infinitum per se repugnat ei quod
est in actu. eo quod oportet in his que
per se ordinem habent impleri postre-
mum nisi per comparisonem quo-
dammodo omnium priorum. et sic ad
vnum constituendum requireretur in-
finitorum ordinata influentia. si esset
aliquid infinitum per se et ita nunquam
posset compleri. cum infinita non sit
transire. sed infinitum per accidens
sine eos non repugnat ei quod est esse
in actu. cum vna pars multitudinis
ab altera non dependeat. unde sine
hoc nihil prohibet esse infinitum in actu
sicut algazel dicit in sua metaphisica
animas rationales hominum de-
functorum esse infinitas in actu. eo
quod ponat generationem hominum ab
eterno fuisse. et animas post mortem
corporum remanere. et sine hanc opi-
nionem deus posset facere infinita
vel infinitum in actu etiam si non inue-
niatur in natura infinitum in actu. Sed
econtra commentator quinto metha-
phisice dicit quod in actu esse non potest
neque infinitum per se. neque infinitum
per accidens. In potentia vero inue-
nitur infinitum per accidens. sed non
infinitum per se. et sic sine eum esse infinitum
omnino repugnat ei quod est esse
in actu. et hoc verum esse videtur. Non enim
potest esse actu in rerum natura aliquid
non specificatum ad diuersas species indis-
ferenter se habens. Quauis enim intellectus
prociat aial non specificatum rationali vel
irrationali dea. non tamen potest esse actu aial. quod
non sit rationale vel irrationale. unde sine per se
non est in genere quod non est in aliqua
specie. unaqueque vero quantitas specifi-
ficat per certam terminatorem proprietatis sic

Nonum.

multitudinis species sunt duo 7 tria et sic de alijs. et magnitudinis spes sunt bicubitum et tricubitum et huiusmodi. vel fm aliquaz determinatam mensurā. vnde impossibile est sic inueniri aliquam quantitatem in actu que nō sit p̄iis terminis limitata. cū autem infinitum congruat quantitati et dicatur infinitum per termini remotionē. impossibile erit infinitum esse in actu p̄pter quod dicit phis in tertio phis. q̄ infinitum est sicut materia nō dum specificata sed sub priuatiōe existens. et q̄ se habet magis in ratione partis et contenti q̄ totius et cōtinētis. 7 ideo sicut deus nō potest facere equū rationale. ita nō potest facere ens actū esse infinitum. **U**nde p̄mū cōcedimus quia verum concludit. q̄ nō recte concludat. eo q̄ si ponatur deum facere aliquid infinitum fm vnum modum. adhuc potest aliquid infinitum facere in alio ordine. sicut si possit facere infinitos leones. infinito enim nō est aliquid maius in illo ordine quo est infinitum. sed fm alium ordinem nihil prohibet aliquid esse aliud mai⁹ infinito. sicut numeri pares sunt infiniti. et tamen numeri pares 7 impares simul accepti sunt plures numeris paribus. **A**d illud vero quod in contrarium obijciatur dicendum q̄ verbum intellectus nō solum dicitur quod verbo proferit. s̄ quod mente concipitur. quod autē sibiip̄si est repugnans mente concipi nō potest. quia nullus potest intelligere cōtradictoria esse simul vera. vt p̄bat in quarto meth. vnde cum esse infinitum repugnet ei qd̄ est esse actū. hoc non est verbum. vnde nō est infinitum in actu. et ideo nō sequitur q̄ sit deo possibile. **Philosophi** autem qui posuerunt infinitum esse in actu. p̄riam vocem ignorauerunt

Unde querebatur de christo quantum ad vniones humane nature cum diuina. **Et** circa hoc querebantur tria. **Primo** vtrum in christo sit vna hipostasī t̄m. **Secundo** vtrum sit in eo vnum tantum esse. **Tertio** vtrum sit in eo vna tantum filiatio.

Articulus secundus

Primo sic proceditur. **U**bi dicitur q̄ in christo sūt plures hipostasēs. **U**nto enim anime ad corpus presupponit ad assumptōnem. quia christus humanitates siue humanā naturam assumpsit. que cuz sit forma totius dicit aliquid cōpositum ex anima et corpore. sed anima 7 corpus vnita faciunt hipostasim hominis. ergo hipostasī i humana natura preintelligit assumptioni. **Sed** omne quod preintelligitur assumptōi potest dici esse assumptū. ergo hipostasī verbi assumpsit hipostasim hominis. 7 sic sūt due hipostasēs i xp̄o.

Preterea corpus quod preintelligitur assumptioni est assumptibile. **Sed** corp⁹ nō est assumptibile nisi vt vntum anime rationali. nō enim dicitur corpus inanimatū esse assumptibile. ergo vnio anime et corporis preintelligitur ad assumptionē humane nature. 7 sic idem quod prius. **Preterea** mediū vnionis presupponit ad vnionem. **Sed** gratia est mediū vnionis humane nature ad diuinā personam vnde dicitur gratia vnionis ergo presupponitur ad vnionē. gratia autē nō potest intelligi nisi in anima. aīa autē nō intelligitur esse anteq̄ corpi vnatur. quia creando infunditur et insū dēdo creatur. ergo oportet preintelligi vnionem anime cum corpore ad vnionē humane nature cum diuina. **Et** sic idem quod prius. **Preterea** humanitas est quedā forma substanti

Quodlibet

tialis. **O**mnis autē forma substantia-
lis requirit aliquid quod per ipsā in-
formetur. nō autē potest dici q̄ hipo-
stasis vel suppositūz eternū informēt
per aliquā formāz creatā. ergo oportet
in christo ponere aliquod supposi-
tū vel hypostasim creatam que hu-
manitate informetur. et sic in christo
erunt due hypostases hypostasis scilz
verbi. et hypostasis hominis. **S**ed cō-
tra est. **E**a que sunt adiuicem dispa-
rata nō predicantur de se inuicē nisi
per hoc q̄ cōueniunt in vno supposito.
sicut dicimus q̄ album est dulce p̄-
pter unitatem subiecti. **S**z diuina na-
tura et humana sunt nature penitus
disparate. predicantur autem de se in-
uicem in concreto. **D**icimus enīz de
est homo et homo est deus. ergo est
ibi vnum suppositū tantū z vna hipo-
stasis. **S**i dicatur q̄ predicantur
de se inuicem propter hoc q̄ cōueni-
unt in vna persona. nō per hoc q̄ cō-
ueniūt in vno supposito vel hypostasi
vna. sicut dicimus album est dulce.
Contra. **P**ersona nō addit supra hipo-
stasim vel suppositum nisi aliquid
accidens. scilicet proprietatem ad di-
gnitatem p̄inentēz. **S**i ergo in christo
esset vna persona z non vnum suppo-
situm vel hypostasis. diuina natura z
humana essent in ipso vnite solum in
accidente. quod falsum est. **R**espon-
sio dicendū q̄ fm opinionē secundā
quam magister in sexta di. tertij libri
sententiarū ponit. que ē cōmunis opi-
nio modernorū. z alijs multo verior
et securior. **I**n christo est vnus suppo-
situm tantū et vna tantūz hypostasis
sicut et persona vna. **O**portet nanq̄
nos fm doctrinā fidei ponere vnam
rem subsistentem in duabus naturis
diuinam scilicet et humanā. alias nō

posset dici q̄ vnus esset dominus. **J**e-
sus christus fm sententiā apostoli. i.
ad Cor. octauo. **U**nde z Nestorius
damnatus ē propter hoc q̄ christus
presūpsit diuidere duas introducēs
personas. **I**llud autem quod est sub-
sistens in natura. est aliquid indiui-
duū et singulare. vnde vnitas christi
in qua due nature vnūtur. attribuē-
da est alicui nomini per quod singu-
laritas designetur. **N**ominū autē
que singularitatem designant. quedā
significāt singulare in quolibet genere
entis. sicut hoc nomē singulare z par-
ticulare et indiuiduū. quia hec albe-
do est quoddam singulare z particu-
lare et indiuiduū. **N**am vniuersale z
particulare circueunt omne genus.
Quedāz vero significāt singulare so-
lum in genere substantie. sicut hoc no-
men hypostasis quod significat indi-
uiduam substantiam. et hoc nomen
persona quod significat substantiaz
indiuiduam rationalis nature. et simi-
liter hoc nomen suppositum vel res
nature. quorum nullum de hac albe-
dine potest predicari. quāuis hec al-
bedo sit singularis. eo q̄ vnūquodq̄
eorum significat aliquid vt subsistēs.
Accidentia vero non subsistunt. par-
tes vero substantiarū quāuis sint de
natura subsistentiū. nō tamen per se
subsistunt. sed in alio sunt. vnde etiaz
predicta nomina de partibus substā-
tiarū non dicuntur. **N**on enī dicim⁹
q̄ hec manus sit hypostasis vel perso-
na vel suppositū vel res nature. quūis
possit dici q̄ sit quoddāz indiuiduū
vel particulare vel singulare. que no-
mina de accidentibus dicebantur nō
autēz potest dici q̄ humana natura
in xpo vl' aliq̄ ps ei⁹ sit p̄ se subsistēs.

Nonum

Hoc enī vnionē repugnaret. nisi poneremus vnionem sicut quid et non simpliciter. sicut vnionē lapides in aceruo. vel duo homines per affectū amoris. vel per aliquā imitationis similitudinē. que omnia dicimus esse vnū sicut quid et non simpliciter. quod enī est simpliciter vnū et per se subsistēs nihil continet actū per se subsistens. sed forte in potētia. **U**nde seruata veritate vnionis naturarū in xp̄o oportet ponere sicut vnā personā. ita vnā hypostasim et vnū suppositū. et vnā rem duarum naturarū. sed ipsam humanā naturā in christo nihil prohibet dicere esse quoddam indiuiduū aut singulare aut particulare. et similit̄ quasi partes humane nature. vt manus et pedes et ossa. quorū quodlibet est quoddam indiuiduū. nō tamen quod de toto predicatur. quia nullus eorum ē indiuiduū per se subsistēs. sed indiuiduū per se subsistēs. vel singulare vel particulare. quod predicatur de christo est vnū tantū. **U**nde possumus dicere in christo esse plura indiuidua vel singularia vel particularia. nō autē possumus dicere christus esse plura indiuidua vel singularia vel particularia sed plures hypostases vel supposita nō possumus dicere in christo esse. **A**d primum ergo dicendū quod ex vnione anime et corporis constituitur et homo et humanitas. que quidem duo hoc modo differunt quod humanitas significatur per modū partis. eo quod humanitas dicitur qua homo est homo. et sic precise significat essentialia principia speciei. per que hoc indiuiduū in tali specie collocatur. vnde se habet per modum partis. cum preter huiusmodi principia multa alia in rebus nature inveniuntur. **S**ed homo significatur per modum totius. **H**omo enī dicitur

habens humanitatē vel subsistens in humanitate sine p̄cisione quorūcumque aliorum superuenientium essentialibus principijs speciei. quia per hoc quod dico habēs humanitatem. nō preciditur quin habeat colorem et quantitatem et alia huiusmodi. **S**ecundum ergo secundam opinionem predictā vnionē humane nature ad diuinam presupponitur vnio anime et corporis sicut quod constituit humanitatem. non sicut quod constituit hominē. **I**llud enim quod in christo est constitutum ex anima et corpore tantum. quod vnionē presupponitur. nō est totum quod per se subsistit. sed aliqd ei⁹ et ideo nō potest signari vt homo. sicut vt humanitas vnde oportet dicere. quia in ipsa vnione humane nature ad diuinā quasi in termino assumptiōnis intelligatur primo in christo ratio hominis. quia tūc in p̄mo intelligit vt res per se subsistens cōpleta. et in hoc differt ab alijs duabus opinionibus. **P**rima opinio ponit quod vnio anime ad carnes presupponitur sicut intellectū assumptionis humane nature. non solum sicut quod constituit humanitatē sicut etiā sicut quod constituit hominē. dicit enī hominē esse assumptū. **T**ertia vero opinio ponit quod nec etiā in termino assumptionis intelligit anima corpori vnita nec ad constituendū hominē. nec ad constituendā humanā naturā. **D**icit enim humanā naturā sumi multiplici. id est. pro partibus eius. id est. anima et corpore. cum dicimus in⁹ humanā naturā assumptā a verbo vnū partem quod nec vere dicit christū esse hominē nec vere ponit humanā naturā in xp̄o. et ideo est tāquam heretica p̄demnā. **A**d secundū dō quod corpus vnitū anime p̄intelligit assumptioni humane nature. vniti autē dico vnionē constituēte humanitatem. nō autē vnionē constituēte hominē.

Quodlibet

Ad tertium dicendum quod gratia habitualis non intelligitur ut medium unionis quod secundum intellectum precedat unionem nec est medium quod causet unionem vel unionem, sed medium quod facit ad congruitatem unionis sicut decora vestis facit ad congruitatem coniunctionis matrimonialis. Et similiter scientia et omnes alie perfectiones christi possent dici medium unionis. et per tanto gratia habitualis christi potest dici gratia unionis verius tamen puto quia gratia unionis dicatur vel ipsa gratuita voluntas. que gratis nullis meritis precedentibus unionem fecit. vel potius ipsum donum gratis datum humane nature. quod est esse in divina persona. Si tamen anima unita corpori intelligatur ad assumptionem solvendum est ut prius. **Ad** quartum dicendum. quod humanitas non est forma partium que dicatur forma que informet aliquam materiam vel subiectum sed dicitur forma totius in qua suppositus nature subsistit. unde non oportet ponere quod hypostasim increata informet humanitate. sed quia subsistat in ea.

Articulus tertius

Ad secundum sic proceditur. **U**bi dicitur quod in christo non sit unum tantum esse. **U**ivere enim secundum philosophum in secundo de anima viventibus est esse. **S**ed in christo non est tamen unum vivere. cum duplex sit in eo vita. creata scilicet vita qua vivit corpus per animam. que morte perit. et vita increata. qua vivit per se ipsum. ergo nec in christo est tantum unum esse. **P**reterea sicut esse est suppositi ita et operatio. **S**ed unitas suppositi non facit quin in christo sunt plures operationes. ergo nec faciet quod in christo sit tantum unum esse. **P**reterea generatio est mutatio ad esse. **S**ed in christo est quodam

generatio temporalis de qua **A**thet primo christi autem generatio sic erat quod non potest terminari ad esse eternum. ergo terminatur ad aliquid esse temporale et creatum. ergo in christo est duplex esse cum in ipso maxime sit esse increatum. **P**reterea unicuique est attribuendum esse de quo convenienter queri potest an est. **S**ed de humana natura potest queri an est. ergo humana natura habet esse proprium in christo et sic est in eo duplex esse. cum etiam humana natura suum esse habeat. **S**ed contra. **Q**uecumque sunt distincta secundum esse sunt in supposito distincta. **S**ed in christo est unum tantum suppositus ergo et unum tantum esse. **R**espondio dicendum quod esse dupliciter dicitur ut patet per philosophum in quinto metha et in quadam glo. **O**rig. super principium 3o. **U**no modo secundum quod est copula verbalis significans compositionem cuiuslibet enunciationis. quam anima facit. unde hoc esse non est aliquid in rerum natura. sed tantum in actu anime componentis et dividens. et sic esse attribuitur omni ei de quo potest propositio formari. siue sit ens siue privatio entis. **D**icimus enim cecitate esse. **A**lio modo est dicitur ad entis in quantum est ens id est quo denominatur aliquid ens actu in rerum natura. et sic esse non attribuitur nisi rebus ipsis que in decem generibus continentur. unde ens a tali esse dicitur per decem genera dividitur. **S**ed hoc esse attribuitur alicui dupliciter. **U**no modo ut sic ei quod proprie et vere habet esse. vel est. et sic attribuitur soli sibi per se subsistenti. unde quod vere est dicitur substantia in primo philosophi. **D**ia vero que non per se subsistunt. sed in alio et cum alio. siue sint accidentia siue forme substantiales. aut quibus partes. non habent esse ita ut ipsa vere sint sed attribuitur eis esse alio modo. id est ut quod aliquid est. sicut albedo dicitur esse. non quia ipsa in

se subsistat s; quia ea aliquid habet esse album. **E**sse ergo proprie 7 vere non attribuitur nisi rei subsistēti. huic autem attribuitur eē duplex. vñ scz esse resultat ex his ex quibus eius vnitas integratur. quod est propriū esse suppositi substantiale. Aliud esse ē supposito attributum preter ea que integrant ipsum. quod est esse super additum scilicet accidentale. vt esse album attribuitur. **S**orti. cum dicif **S**ortes est alb⁹. Quia ergo in xpō ponimus vnā rem subsistentem tñ ad cuius integritatem concurrat etiam humanitas. quia vnum suppositū est vtriusq; nature. ideo oportet dicere q; esse substantiale quod proprie attribuitur supposito in christo est vnum tantum. habet autem vnitatez ex ipso supposito et non ex naturis. **S**i tamen ponatur humanitas a diuinitate separi. tunc humanitas suū esse habebit aliud ab esse diuino. nō enim impediēbat quin propriū eē haberet. nisi hoc q; non erat per se subsistens. sicut si in archa esset quoddam individuum naturale. ipsa tota non haberet nisi vnum esse. quelibet tamen partium eius ab archa separata propriū esse habebit. et sic patet q; secundum opinionem secundā oportet dicere q; in christo est vnus esse substantiale. s; q; esse ē suppositi proprie. quamuis in eo sit multiplex esse accidentale. **A**d primū ergo dicēduz q; vivere dicit esse quoddā specificatum per speciale essendi principium. et ideo diuersitas vste consequitur diuersitatez principiorum vñ uendi. sed esse magis respicit ad suppositum subsistens. **A**d secundū dicendum q; operatio suppositi non est de integritate vnitatez eius. s; cōsequitur eius vnitatez. vnde vnus suppositi inuenimus multas operati-

ones s; diuersa operationum principia. que supposito insunt sicut homo aliud operatur lingua et manu. **S**ed esse est id in quo fundatur vnitas suppositi. vnde esse multiplex preiudicat vnitati essendi. **A**d tertiuū dicendum q; generatio temporalis terminatur nō ad esse suppositi eterni. vt simpliciter per eam esse incipiat. sed q; incipiat esse suppositum habens illud esse suppositi humane nature. **A**d quartū dicendum q; obiectio illa procedit de esse quod in actu anime cōsistit. quia an est etiam de cecitate queri potest.

Articulus quartus

Ad tertiuū sic proceditur. **U**idetur q; in christo non sit tantum vna filiatio. **M**ultiplicata. n. causa multiplicatur effectus. **S**z natiuitas est causa filiatiōis. ergo cū in christo sint due natiuitates erūt etiam in eo due filiationes. **P**reterea. impossibile ē idē simul manere et corrumpi. **S**ed supposito q; beata virgo ante christi mortez mortua fuisset corrupta esset filiatiō qua filius matris dicebatur. maneret autem filiatio eterna qua diceretur filius patris. ergo vna filiatiōe dicitur christus filius patris. et alia filius matris. **S**ed diceret q; est alius respectus. sed nō alia filiatio. **C**ontra Filius est relatiuum s; esse et nō tantum secundum dici. **S**ed huiusmodi relatiua s; philosophum in predicamentis sunt quorum esse est ad aliud se habere. ergo esse filiatiōnis est esse respectus quo refertur ad aliud. et ita si sint plures respectus sunt plures filiationes. **P**reterea in relatione nihil inuenitur nisi respectus et causa sue fundamentum respectus. sicut vnitas qnātitatis est fundamentū relationis que est eq̄li-

Quodlibet

tas. Sed respectus sunt diversi qui-
bus christus refertur ad patrem et
matrem. Fundamenta etiam horum
respectuum siue cause sunt diverse. sci-
licet ipse natiuitates. Nam filiatio est
relatio originis. ergo sunt plures fili-
ationes in christo. **Sed contra.**
Filiatio est relatio personalis. Sed
in christo est vna tantum persona. er-
go vna tantum filiatio. **Responsio**
dicendum quod in christo est vna tantum
filiatio secundum rem. quamuis sint plures
respectus relativi secundum rationem.
Ad cuius euidenciam sciendum est
quod in hoc differt ad aliquid ab alijs
generibus. quod alia genera ex propria
sui ratione habent quod aliquid sunt. si-
cut quantitas ex hoc ipso quod est qua-
ntitas aliquid ponit. Et similiter est
de alijs. sed quod ad aliquid ex propria
sui generis ratione non habet quod po-
nat aliquid. sed ad aliquid. unde in-
veniuntur quedam ad aliquid que ni-
hil sunt in rerum natura sed in ratioe
tantum. quod non contingit in alijs ge-
neribus. et quamuis ad aliquid ex ra-
tione sui generis non habeat quod po-
nat aliquid. non tamen etiam habet
ex ipsa generis ratione quod nihil ponat
quia sic nulla relatio esset aliquid in
rerum natura. unde ad aliquid non
esset vnum de decem generibus. ha-
bet autem relatio quod sit aliquid reale
ex eo quod relatione causat. cum enim
in aliquo inuenitur aliquid reale. per
quod ad alterum dependeat et compa-
retur. tunc dicimus realiter compa-
rari vel dependere vel referri. sicut
equalitas relatio realis ponitur ex
virtute quantitatis. que equalitatez
causat. Quia vero ex eodem res ha-
bet esse et unitatez. et ideo realis uni-
tas relationis pensanda est ex ipso
relationis fundamento vel causa. ut
quia vna est quantitas. per quam plu-

ribus sum equalis. in me non est nisi vna
relatio realis equalitatis habens res-
pectum ad plures. Similiter quia vna na-
tuitate ex patre et matre genitus sui
vna filiatioe reali dicoz filius vtriusque
quod. quamuis multiplicentur respectus
sed in christo non possumus dicere
vnam causam esse filiatiois secundum quod re-
fertur ad patrem et ad matrem. cum
sint due natiuitates penitus disparas
te. unde si esset aliquis quod filiatioem
temporales posset recipere quasi sub-
iectum oporteret ponere in christo
plures filiatioes. **Nunc autem filia-
tio est talis relatio que non potest
habere pro subiecto nisi ipsum supposi-
tum.** in christo autem non est nisi suppositum
eternum. quod quidem non potest
esse subiectum alicuius temporalis re-
lationis. **Quocumque enim relationes
temporales de aliquo eterno dicun-
tur sunt relationes rationis et non rei.**
**Unde filiatio qua christus refertur
ad matrem non est realis relatio sed
rationis tantum.** sicut et cetera que dicuntur
de deo ad creaturas. **Non enim potest
dici quod subiectum filiatiois sit suppo-
situm eternum ratione humane na-
ture. vel alicuius partis eius.** sicut di-
citur suppositum mortis vel passiois
quia sic ipsa humana natura vel pars
eius esset primum subiectum filiatiois
et denominaretur per ipsas. sicut
contingit et de alijs accidentibus.
que attribuuntur christo ratione hu-
mane nature. filiatio vero nunquam de-
nominat nisi ipsum suppositum. nec
potest aliud pro subiecto habere. **Ni-
hil tamen prohibet aliquas reales re-
lationes inesse christo ad virginem
sicut cum dicimus. corpus christi est ori-
ginatum ex virgine.** Sed ista relatio
non habet rationem filiatiois. nisi po-
neremus secundum primam opinionem sup-
positum eternum esse aliud in christo

Nonum

a creato. **A**d primum ergo dicendum qd ex nativitate tpali nō innascitur filiatio realis. s; ratiōnis tantuz quāvis christus realiter sit filius virginis. sicut deus realiter est dominus creature. quāvis in eo dñiū nō sit relatio realis. Dicitur enim faliter dominus prop̄ realem potestatem. et sic dicitur xp̄us realiter filius virginis prop̄ realem nativitatem. **A**d secundum dicendum qd respectus relationis dependet ex termino ad quē aliquid refertur. 7 ideo destructo termino respectus auferitur. s; tamen filiatio realis ad patrem remanet in xp̄o. etiam supposita morte matris. **A**d tertium dicendum qd in illa phi descriptione esse ponitur pro ratione essendi s; qd diffinitio dicitur ratio scdm genus quod est esse. unde non oportet qd habeat esse relatio ex respectu s; ex causa respectus. ex respectu vō habz p̄p̄iam rationē generis vel speciei. **A**d quartum dicendum qd quāvis sit respectus filiationis diversus. et causa filiationis diversa. s; tamē filiationes nō possunt eē dñe ratione iam dicta.

Articulus quintus.

Deinde queritur de xp̄o quārum ad species sub quib; in sacramento altaris continet vtrū .i. sint accidentia sine subiecto et videt qd nō. Deus enim nō pōt facere contradictoria esse simul. hoc autē esset si ab aliquo removeretur id qd est de sua diffinitione. Cū ergo in diffinitione accidentis cadat esse in subiecto. quia accidentis esse est in eē videtur qd deus nō possit facere accidens sine subiecto. **P**reterea de eodem p̄dicatur diffinitio et diffinitivū s; ens per se est diffinitivū vel descriptio substantie. Si ergo in sacramento altaris accidentia sūt p se nō in subiecto

sequitur qd sint substantie. qd est absurdū. **P**retēa ex acc̄tib; nō potest generari substantia. Sed videm; ex illis speciebus generari vmes 7 cineres. q̄ p̄stat nō generari ex corpore christi. ergo accidentia nō sunt ibi sine subiecto. **S**ed diceret qd generatur miraculose. **S**ed p̄tra. Miracula ordinant; ad fidei edificationē. **S**ed hec nō ordinantur ad edificationē fidei. s; magis ad scandalū qd vmes inde generetur. ergo nō fit miraculose. **P**reterea in sacramento altaris nihil d; eē inordinatū. **S**ed p̄tra ordinem quē de; reb; imposuit ē acc̄tib; eē sine subiecto. ergo nō sūt ibi accidentia sine subiecto. **S**ed contra. Sens; nō decipit in p̄prio se; sibi s; p̄m p̄m in secūdo de aia. Sed sens; iudicat ibi eē colorē 7 sapore 7 alia h; . ergo hec accidētia sūt v; ibi. **N**ō aut; sunt in corpore xp̄i sicut in subiecto. nec itē in aere cū neutrū sit natum affici talib; acc̄tib;. ergo accidentia sunt ibi sine subiecto. **R**espon; dō qd accidentia sunt ibi sine subiecto. qd qualiter eē possit hinc considerandū est vt in omnib; caus; ordinatis s; p̄m p̄m in li. de caus; p̄ma causa vehementer impmit in causatū cause secūde q̄ etiam cā secūda vñ fit vt causa p̄ma non retrahat operatōnem suam ab effectu etiā postq; causa secūda retraxerit. vt dicit; ibidē in p̄mēto. **U**niversalis aut; causa et p̄ma omnium entium de; est. nō solū substantiar; s; etiā accidentium. **I**pe enim est creator substantie 7 accidentis. s; entia p̄deūt ex eō q̄daz ordine. **N**ā mediātib; substantie p̄ncipijs accidentia p̄ducunt. vñ s; m nature ordinēz accidentia a p̄ncipijs substantie depēdēt. vt in subiecto eē nō possint tamē p hoc nō excludit quin de; q̄si causa p̄ma possit accidentia in eē servare substantia remota. 7 p hunc moduz accidentia miraculose sūt in sacramento.

Quodlibet

to altaris sine subiecto virtute. s. diuina ea tenete in ee. **Ad** primū ergo dō q̄ cū dicit accidētis ee eit inesse vel qualitercūq; ponatur subiectū in diffinitōne accētis intell̄ ee diffinitō p̄ additōne. vt habetur in vij metha. et dō diffinitō p̄ additōne q̄ in diffinitōne ponitur aliqd̄ qd̄ est ee esse. tū diffinitō. sicut nat̄ ponit̄ in diffinitōne sumi. hoc aut̄ est ppter naturalem depēdentia accētis a subiecto s; hoc nō impediēte de? potest accidētia sine subiecto cōseruare. nec tamē sequit̄ cōtradictoria siml̄ ee vera. q̄a subiectū est de substantia accētis. **Ad** secūdū dicendū s̄m Quicēnaz in sua meth. ee nō potest poni in diffinitōe alicui? generis et speciei. quia omnia particularia vniūtur in diffinitōe generis vel speciei. cū tamē gen? vel spēs nō sunt s̄m vniū esse in omnibus. et iō hoc nō est vna diffinitō substantie. substantia est qd̄ p se est. vel accētis est qd̄ ē in alio. s; ē circūlocutio vere de scriptōnis que tal̄ intelligitur. s̄ba est res cui? nature debet esse nō in alio accētis vero est res cui? nature debet ee in alio. vñ patet q̄ quīs accētis miraculose sit non in subiecto. nō tamē pertinet ad diffinitōnez substantie. nō enī p hoc eius nature debet esse nō in alio nec egrediē diffinitōz accētis. q̄a adhuc natura ei? remanz tal̄ vt ei debeat esse in alio. **Ad** tertū dicēdū q̄ de his que generātur ex speciebus vt v̄mibus vel cinerib? aut aliis quibus huiusmōi due sūt opiniones magl. probabiles. Quaz vna est que dicit q̄ substantia panis redit ex q̄ p̄nt talia generari. Sed hec opinio videtur impropietatem continere ppter duo nisi debito mō intelligatur. Primo quia nō potest esse q̄ itez sit ibi substantia panis. Aut enī poneretur ibi ee s̄ba panis iterato spēsbus manē

ribus et sic cū corpus christi tamē sit sub sacramento. q̄ diu species manent. sequitur q̄ aliquando erit ibi simul corpus christi et substantia panis. quod nō sustinet ratio. Aut hoc erit destructis speciebus. et hoc itez est inconueniēs. vt substantia sit sine proprijs accidentibus panis. **Secundo** apparet impropietas ppter nomen reditus. Si enim aliquid est in alterz conuersū non potest dici redire nisi recouertatur in ipsuz. Substantia aut̄ panis nō est annihilata. s; transubstantiata in corpus christi. vñ nō potest intelligi q̄ substantia panis redeat nisi corpus christi reuertatur in panes. quod est absurdū. Unde si debet ista opinio sustineri intelligenda est p substantiam panis materia panis. nō q̄ redeat que pri? erat. s; q̄ destructis spēsbus aliq̄ materia a deo ibi p̄uideat vel p creatōez vl̄ quocūq; alio mō. ex qua possunt huiusmodi corpora generari. Alia vero opinio est planior vt dicitur q̄ illis accidentibus sicut datur est per se subsistere diuina s̄tute similiter datur ē vt agāt et ex eis fiat quicqd̄ fieret ex substantia panis. vel quicquid ageret si maneret. et hac virtute nutriūt et vermes vel cineres exinde generant̄. **Ad** quartū dicendū q̄ hoc miraculū ordinatur ad fidem ne fides. s. meritū perdat. si sacramētū mysteriū deprehendatur. **Ad** quintū dicendū q̄ nihil phibet aliquid ee ordinatū considerato ordine cōmuni. cuius cōtrariū est ordinatū p aliq̄ causa spēsali. et hoc mō quīs s̄m ordinē communem recte diuinitus ordinatum sit vt accidens sit in subiecto. nihil tū phibet etiā recte ordinatum esse vt in sacramēto altaris accētis sit sine subiecto. vt. s. fides habeat meritū per latentiam sacramenti.

Nonum

Deinde queritur de membris christi. Et primo de angelis. Secundo de hoib⁹. **D**e angelis queruntur quinq³. Primo quatenus ad naturam ipsorum. Utrum sint compositi ex materia et forma. Secundo quantum ad cognitionem. utrum simul in actu possint esse in cognitione matutina et vespertina. id est utrum simul cognoscant res in propria natura et in verbo. Tertio quantum ad meritum voluntatis. utrum. scilicet potuerunt eodem actu charitatis mereri fruitionem et frui. Quarto quantum ad motum. utrum moueantur in instanti. Quinto quantum ad effectum. utrum possint imprimere vel aliquid facere in istis corporalibus.

Articulus vi.

Hoc primum sic proceditur. Videtur quod angelus sit compositus ex materia et forma. Augustinus enim dicit in libro de mirabilibus sacre scripture. Omnis potens deus ex materia informi quam prius condidit copozaliu⁹ et incorporaliu⁹. sensibiliu⁹ et insensibiliu⁹. intellectualiu⁹ et intellectu carentiu⁹. multiformes species diuisit. angeli autem sunt intellectuales et incorporei. ergo habent materiam de sui compositione. Preterea Boetius dicit in libro de unitate et uno. Quoddam est unum coniunctione simplicium. ut angelus et anima quorum unumquodque est unum coniunctione materie et forme et sic idem quod prius. Preterea omne quod est in genere habet genus et differentiam. genus autem secundum Avicennam in sua metha. sumitur ex natura materie. differentia vero ex natura forme. ergo omne quod est in genere est compositum ex materia et forma. angelus autem est in genere substantie cuius sit substantia habens speciem limitatam.

ergo angelus est compositus ex materia et forma. Sed dices quod differentia angeli non sumitur ex forma sed ex formali quod est ipsum esse angeli.

Contra. Differentia cuiuslibet rei est de essentia et intrat definitionem ipsius. Sed in omni creatura esse est aliud ab essentia eius. nec intrat definitionem eius. ut Avicenna dicit. ergo differentia angeli non potest sumi ex esse ipsius. Preterea idem ostenditur quia impossibile est esse plura summa bona. quia oportet ea in aliquo convenire cum utrumque sit summum bonum. et in aliquo differre. alias non essent plura. et sic essent composita. sed constat esse plures essentias angelicas. ergo oportet eas in aliquo convenire et in alio differre. et sic oportet eas esse compositas. sed partes esse sunt materia et forma. ergo angeli compositi ex materia et forma. Sed contra est quod dicit Boetius in libro de duabus naturis et una persona christi. Omnis natura incorporee substantie nullo materie innititur fundamento. Sed angeli sunt incorporei. ergo non est in eis materia. Responso dicendum quod quidam ponunt angelos componi ex materia et forma. Sed hoc videtur repugnans nature eorum propter duo que in eis inveniuntur. Primo quidem quia intellectuales sunt. Si enim angeli haberent materiam de sui compositione oporteret omne quod in eis est eis inesse per modum materie convenientem. cum omne quod est in alio sit in eo per modum recipientis ut habetur in libro de causis. Forma autem aliqua hoc modo est in materia quod in ea habet esse particulare et naturale. Utrum si angeli essent ex materia compositi. oporteret quod forme quibus intelliguntur quecumque sunt essent in eis secundum esse natu-

Quodlibet

rale et particulare. et sic sequeret hoc impossibile quod angelus nunquam cognosceret nisi particulare. quia forma particulariter in aliquo recepta non potest esse universalis cognitionis principium. sicut patet in sensu. nec potest obuiari per hoc quod ponatur angelus componi ex materia alterius nature quam hec materia corporalis. quia quicumque esset illa materia constat quod reciperet formam substantialem angelus particulariter. alias angelus non esset res particularis. et sic illa materia conueniret cum hac materia in hoc quod forme in ea reciperentur per modum particularem. unde impossibile est angelum vel aliquam substantiam intellectuales ex materia componi. cum alteriusmodi sit receptio qua recipit intellectus formas. et qua recipit materia prima. ut dictum est. unde dicit philosophus in tertio de anima. et philosophus sententia est quod intellectualitas unitatem habet a materia. **S**ecundo repugnat eis per hoc quod incorporeales sunt. quocumque enim ex materia componunt oportet in materia conuenire eo quod quilibet materia secundum se accepta cum forma careat. non habet aliquam dispositionis rationem. supposita unitate materie impossibile est quod una materia contrarias et disparatas formas recipiat nisi secundum diuersas partes. **N**on enim potest eadem materia et secundum idem accipere formam angeli et formam lapidis. **D**iuersitas autem partium non potest intelligi in materia non intellecta dimensione. quia subtracta quantitate substantia remanet indiuisibilis. ut dicitur in primo philosophi. unde oportet omnia que sunt composita ex materia dimensionata esse. et ideo nullum incorporeum potest esse ex materia compositum. **S**ed quia substantia angelus non est suum esse hoc enim soli deo

competit. cui esse debetur ex se ipso et non ex alio. **I**nuenimur in angelo et substantiam siue quidditatem eius que subsistit. et esse eius quo subsistit. quod scilicet actu effici dicitur esse sicut actu currendi dicimur currere. et sic dicimur angelum esse compositum ex quo est et quod est. vel secundum verbum boetii ex esse et quod est. et quia ipsa substantia angelus in se considerata est in potentia ad esse. cum habeat esse ab alio. et ipsum esse sit actus eius. ideo est in eo compositio actus et potentie. et sic potest in eo concedi materia et forma. si omnis actus debeat dici forma et omnis potentia materia. **S**ed hoc non competit in proposito. quia esse non est actus qui sit pars essentie. sicut forma ipsa quidditas angeli vel substantia est per se subsistens. quod materie non competit. **A**d primum ergo dicendum quod **A**ugustinus super genesim ad litteram materiam informem quam deus primo produxit dicit significari per celum et terram cum dicitur. **I**n principio creauit deus celum et terram. ut per terram significetur materia informis visibilium rerum per celum autem ipsa natura angelica nondum formata per conversionem ad deum. ut ipsa naturalia angelorum attribuantur eis quasi materia et dona gratie vel glorie attribuatur eis quasi forma. unde non est ad propositum auctoritas inducta. **A**d secundum dicitur deus quod liber ille non est boetii. unde non oportet quod in auctoritate recipiatur sustinendo tamen ipsum potest dici quod forma et materiam large accipit pro actu et potentia. ut dictum est. **A**d tertium dicendum quod ipsa substantia angeli quodammodo se habet ad esse eius. ut materia ad formam. ut dictum est. materia autem si eius essentia diffiniretur haberet pro differentia ipsum suum ordinem ad formas

Nonum

et pro genere ipsa sua substantia. et similiter in angelis et ipsa natura substantie ipsorum accipitur genus. et per portione vero huiusmodi substantie ad esse accipitur specifica differentia unde secundum hoc angeli differunt specie secundum quod in substantia unius est plura vel minus de potentia quam in substantia alterius. **P**ictum autem Avicenne intelligitur de compositis substantiis. **A**d quartum concedimus. **N**on enim ab ipso esse sumitur differentia. sed magis ex habitudine ipsius substantie ad esse. **A**d quintum dicendum quod in summo uno nulla diversitas esse potest. cum in eo sit idem esse et quod est. **N**on hoc sufficit ad eius pluralitatem removendam sed compositio que in angelo inveniuntur sufficit ad eius pluralitatem ut ex dictis patet.

Articulus vij.

Ad secundum sic proceditur. **V**idetur quod angelus non possit cognoscere simul res in verbo et in propria natura. **E**adem enim potentia non potest simul geminum actum habere. ut quod intellectus simul plura intelligat. **S**ed alius actus est qui intellectus angeli videt res in verbo. et alius quo videt res in propria natura. **S**ed diceretur quod hoc modo videtur ab intellectu angeli simul res in verbo et in propria natura. sicut intellectus noster simul videt eclipsim et causam eius. **C**ontra. **C**um intellectus noster simul videt eclipsim et causam eius. accipit causam ut rationem intelligendi eclipsim ergo accipit eclipsim et causam eius ut unum intelligibile et sic erit unus tantum actus. **P**reterea unius non potest esse nisi unum terminum ultimum. sicut una linea non terminatur ex una parte nisi ad unum punctum. **S**ed ultimus terminus potentie est operatio. ergo non potest una poten-

tia simul habere plures actus. **E**t sic idem quod prius. **P**reterea sicut se habet potentia ad actum. ita actus ad obiectum. **S**ed unus actus non potest terminari ad duo obiecta. ergo nec una potentia potest simul habere plures actus. **E**t sic idem quod prius. **S**ed contra. **V**isio qua angelus videt res in verbo est visio beata. que quidem non est intercisa sed continua. **S**i ergo non possunt simul videre res in propria natura et in verbo. nunquam videt res in propria natura. et precipue hoc videtur in anima christi. que ab initio sue creationis videt verbum et res in verbo. **R**esponsio dicendum quod angelus vel anima simul potest videre res in verbo et in propria natura. et hoc expressum potest haberi ab aug. libro quarto super genesim ad litteram. ubi vult quod dies illi et vespere et mane in eis non sunt ordinati secundum successionem. sed solum ordine nature. unde simul est primus dies cum secundo. et mane cum vespere. et ita simul visio rerum in verbo et in propria natura. **Q**uod qualiter sit possibile sic videndum est. **O**perari siquidem non proprie attribuitur potentie. sed rei subsistenti. que per potentiam operatur ut ipsa potentia intellectus non sit operans in intelligendo. sed magis operationis principium. **S**icut autem potentia intellectiva est principium intelligendi ipsi substantie. ita species intelligibilis est principium intelligendi ipsi potentie. unde sicut una substantia potest simul diversos actus habere secundum diversas potentias. ut anima simul vult et intelligit. ita ex una potentia intellectiva possunt simul perire diversi actus. si simul diversis speciebus intelligibilibus uniantur. **H**anc enim causam **A**lgazel assignat. quare non est possibile simul multa intelligere.

Quodlibet

quia scilicet non est possibile intellectum simul informari multis speciebus in actu perfecte sicut nec idem corpus figurari simul diversis figuris. Visio autem qua angelus videt res in propria natura fit per speciem intelligibilem coeactam vel infusam inherentem. Visio autem rerum in verbo fit per ipsam speciem verbi sive essentiam quam non est inherens. sed ei intellectus unicus sic intelligibili. Species autem coeacta inherens non repugnat unioni intellectus angelici ad verbum. cum non sit unionis rationis. et ipsa species. et quicquid est perfectionis in intellectu angelico fit quasi materialis dispositio ad illam beatam unionem. unde simul et intellectu angeli procedit operatio duplex. una ratione unionis ad verbum. qua scilicet videt res in verbo. Alia ratione speciei intelligibilis qua informatur. qua videt res in propria natura. nec etiam in una harum operationum debilitatur per attentionem ad alteram. sed magis confortatur cum una sit ratio alteri. sic imago rei visae confortatur dum videtur in actu occulto exteriori. Actio enim beatitudinis in beatis est ratio cuiuslibet alterius actionis in eis inveniunt. Et per hoc patet responsio ad primum. Secundum concedimus. quia exemplum illud non est conveniens. Ad tertium dicendum quod potentia intellectiva angeli non terminatur ad duos actus secundum idem. sed secundum diversas species quibus ad actum ordinatur. Ad quartum dicendum quod in ter actum et obiectum nihil cadit medium. sicut species cadit media inter intellectum et eius actum. Unde non est sicut

Articulus octavus

Videtur sic proceditur. Videtur quod angelus non meruerit suam beatitudinem. Quod enim est beatum perfectum est. quod autem

meretur est adhuc imperfectum. Sed non potest idem esse simul perfectum et imperfectum. ergo non potest angelus mereri beatitudinem dum habet eam. Preterea angelus beatus est comprehensor. nullus autem meretur nisi viator. Si dicatur quod in primo instanti quo beatus fuit angelus beatitudinem meruit. Contra. ergo simul fuit viator et comprehensor. quod falsum est cum hoc sit solius christi. Preterea beatitudo secundum philosophum in actu consistit. sed in actu perfecto. et similiter meritum in actu. sed imperfecto. non autem potuit esse quod actus angeli simul esset perfectus et imperfectus ergo non potuit esse quod simul esset beatus et beatitudinem meruerit. Sed contra. Beatitudo a nulla pura creatura habetur sine merito. cum habeat premij rationem. Sed angelus non potuit eam mereri nisi in primo instanti quo beatus fuit. quia ante non habuit gratiam. ut quod dicitur ponunt et sic mereri non potuit ergo in primo instanti sue beatitudinis eam meruit. Responsio dicendum quod de conditione angeli triplex est positio. Quidam enim posuerunt quod angelus in primo instanti sue creationis fuit beatus. sed hoc non videtur conveniens. quia pari ratione alij in primo instanti fuissent miseri. quod etiam quidam dicunt. sed absurdum est et condemnatum. Alij vero dicunt quod fuerunt conditi in gratia omnes. et in ea quod dicitur perseverantes beatitudinem meruerunt. Alij vero contra eam agentes facti sunt miseri et hec opinio nihil difficultatis habet. unde pro ceteris nihil magis placet. Tertij vero dicunt quod fuerunt creati angeli in puris naturalibus et quibusdam conversis ad verbum simul collata est gratia et beatitudo. Et hi dividuntur in tres vias. Quidam enim dicunt quod nunquam be-

Nonum

atitudinem meruerunt. sed hoc non videtur cōpetere nisi soli christo qui est filius naturalis vt hereditatē diuine fructiōnis sine merito habeat. Alij vō dicunt q̄ merentur eam ex operib⁹ que circa nos agunt. et hoc etiā non videtur conueniēs vt meritum sequatur premiū. cū magis meritum sit dispositō ad premium. Tertij vō dicunt q̄ in primo instanti beatitudinem meruerunt ex hoc ipso q̄ ad verbum cōuersi sūt. et hec opinio inter has tres probabilior est. Unde ad eius euidētiā sciendum est q̄ meritum se habet ad premium sicut motus ad terminum. et sicut fieri ad factum esse. In his autē que successiue fiūt prius est fieri q̄ factū esse. In his vō q̄ fiūt subito simul ē fieri et factum esse. sicut simul aer illuminatur et illuminatus est. et simul res creatur et creata est. Cuius ratō est. quia instans illud in quo primo aliquid factum est. est terminus temporis precedentis. in quo nō erat. et sic aliqd̄ de aliqua proprietate illi⁹ temporis retinet. inquantū potest dici q̄ ante hoc instās res ista nō fuit. Et quāuis in his que per motum successiū fiunt fieri attribuitur temporis precedentis. in momentaneis tamē factionibus fieri non potest attribui nisi ipsi instāti primo. qd̄ diuidit in eē et nō esse rei. In quibus in omnib⁹ alijs instātib⁹ sequētib⁹ possit dici. q̄ hoc factū nō est. n̄ tū pōt dici q̄ fiat et factū est nisi p̄mo. Sicut dico q̄ in p̄mo instāti q̄ mēs āgelica cōuersa est ad vbi fructiōnē. et beata quidē erat rōne p̄fecte fructiōnis. quasi in facto esse existens et beatitudines merebat̄ in hoc q̄ cōuertebatur ad verbum. non p̄existente beatitudinis p̄fectione. sed quasi existens in ipso fieri beatitudinis. sed postmodum mens

angeli est tantum beata. et non beatitudines meretur. Similiter est de cōtritione quia in eodez instanti est terminus preparationis ad gratiam et gratie infusio. Ad primū ergo dicendum q̄ non oportet ponere idez simul esse perfectum et imperfectum s̄ idem simul perfectū eē et terminus imperfectionis. vel nunc p̄mo eē perfectum. Ad secundum dicendū q̄ angelus meretur vt viator. non quasi distans a termino. sed vt in termino vie existens. Ad quartum dicendum sicut ad primum.

Articulus nonus

Quartū sic proceditur. Videtur q̄ angelus moueatur in instanti. Sicut enim dicitur in libro de intelligētijs. in motu angeli magnitudo spatij distātiā nō operatur. S̄ p̄pter distātiā quā facit magnitudo spatij cōuenit q̄ aliquid nō eque cito puenit ad p̄pinquū et distans. ergo angel⁹ eque cito ad distans et propinquum peruenit. sed omne tale mouetur in instanti. ergo angelus in instanti mouetur. Preterea sicut se habz mobile diuisibile ad motū diuisibilez successiū. ita se habz mobile indiuisibile ad motū indiuisibile et instātaneū. S̄ corp⁹ qd̄ ē mobile diuisibile mouet successiue in tpe diuisibili. ergo āgel⁹ q̄ ē mobile in diuisibile ex h̄ q̄ carz quātitate mouet subito vbi instāti. Preterea Arist. in quarto phi. probat q̄ si aliqd̄ moueret in vacuo moueret in instanti p̄ hoc q̄ mediū mobili n̄ resistit sed sic vacuū n̄ resistit corpi in motu. ita nec aliqd̄ plēnū ipi āgelo. ergo āgel⁹ mouet in instanti. S̄ p̄ qd̄ dicit aug. viij sup gn̄. ad litterā. q̄ de⁹ mouz creaturā spūalē p̄ tps. āgel⁹ autē ē creatura spūalis ergo mouet p̄ tēp⁹ et nō in instanti. Responso dicendū q̄ in omni mo

Quodlibet

tu oportet intelligere successionem et tempus per aliquem modū. eo q̄ termini cuiuslibet motus sūt sibi op̄positi inuicē et inconiungētes. vt patet in primo phi. **U**nde oportet q̄ omne mobile intelligatur esse p̄mū in vno termino motus et posterius in altero. et sequitur successio. **S**ed transire de vno termino ad alterum in motibus corporalibus contingit dupliciter. **U**no modo sicut de instāti in instans. hoc autē esse nō potest nisi quando sunt tales termini mot⁹ inter quos est accipere aliquo modo medium sicut inter duo instantia est tempus medium vt patet in loci mutatione et alteratione augmento et diminutione. et hi mot⁹ dicuntur mot⁹ continui. propter continuitatē eius super quod transit motus cuius est plus et minus accipere. **A**lio modo transitur de vno termino motus in aliu⁹ sicut de tempe in instāti. et hoc accidit in motibus quorum termini sunt priuatio et forma. inter que constat medium non esse. vnde non potest sic transiri de vno extremo in alterū. vt quādoq̄ in neutro extremo sit. sicut transitur de instanti in instans. ita q̄ in neutro est instantiū s̄ in medio tempe et huiusmodi motus sūt generatio et corruptio ⁊ illuminatio et huiusmodi. in quib⁹ oportet dicere q̄ vnus terminus erat in instanti ad quod tempus terminatur huiusmodi autem mutationes sunt termini motus cuiusdam. sicut illuminatio dicitur est terminus motus localis solis. vnde in toto tempore precedente quo sol mouetur ad punctū directe oppositionis erant tenebre. in ipso vero instāti quo peruenit ad punctum predictum est lumen. et sicut est de generatione ⁊ corruptione.

qui sunt termini alterationis. ⁊ quia inter tempus et instāti non cadit aliquid medium nec est aliquid instāti accipere immediate precedens vltimum temporis. **U**nde est q̄ in huiusmodi mutationibus absq̄ omni medio transitur de vno extremo in aliud. nec est accipere vltimum tempus in quo fuerit in termino a quo sed vltimum tempus quod terminatur ad instans in quo est in termino ad quem. ⁊ ideo huiusmodi mutationes instantanee dicuntur. hoc autem dici non potest in motu angeli eo q̄ nullum ordinem habet ad aliquem motum continuum vt possit dici terminus eius. vnde oportet ponere q̄ intelligatur transire de termino motus in terminum motus. sicut transitur de instanti in instans. ⁊ nō sicut transire de tempore in instans. eo q̄ temp⁹ nō potest intelligi sine motu. vnde cū esse angeli in termino a quo a nullo motu dependeat. non potest dici q̄ sit ibi in tempore. sed in quodam nunc et similiter in termino ad quem cum alio nunc. **S**ed huiusmodi nunc non sunt termini huius temporis quod est numerus motus celi eo q̄ mot⁹ angeli nullo modo dependet a motu celi. vt eius numerus mēsuratur. nec oportet ea continuari p̄ mediū tempus. continuitas enim temporis sequit̄ p̄tinuitatem motus et p̄tinuitatem mor⁹ sequit̄ p̄tinuitatem magnitudinis sup̄ quā transiret mot⁹ vt habet in vi. phi. **S**ed in ip̄s operationibus angeli rōne quā d̄ moueri p̄ diuersa loca. nō ē inuenire aliquā cōtinuitatē. s̄ p̄sequēter se h̄nt. vñ ⁊ nūc q̄ mēsurant motū angeli sūt p̄nter se h̄ntia. ⁊ nō est in ea aliquid p̄tinuās ⁊ ip̄a p̄ntas nūc se p̄ntiū ē quōdā tempus in quo dicimus angelū moueri ⁊ hoc cōsonat dictis phi. vi phi.

Nonum

ubi dicit q̄ eiusdē rationis est indivi-
uisibile moveri. et tempus componi
ex nunc. **A**d primum ergo dicens
dum q̄ nō reperitur tempus in mo-
tu angeli p̄ter distantiam. sed p̄ter
incontingentiaz terminoz quia. s. nō
contingit angelum esse in duobus
locis simul. **A**d secundum ergo di-
cendum q̄ successio motus non solū
sequitur divisionem mobilis. s̄ etiā
eius super quod transit motus quia
fm̄ prius et posterius in magnitudi-
ne est prius et posterius in motu. ut
dicitur in quarto phi. Licet ergo an-
gelus sit indivisibilis. tamē loca fm̄
que moveri dicitur sunt divisa adin-
vicem. et ideo oportet in motu eius
intelligi aliquam divisionem. **A**d
tertium dicendum q̄ quōvis nō impedit
aliquid plenum angelum in suo mo-
tu tamen propter rationem iā dictā
oportet in motu eius intelligi diver-
sa nunc ratio autem philosophi est
magis ducēs ad impossibile q̄ ostē-
sua. ut cōmentator ibidem dicit.

Articulus x.

Ad quintū sic proceditur. Vi-
detur q̄ angeli non possunt
agere in hec corpora inferio-
ra Actio enim non potest nisi inter
ea que habent aliquam convenien-
tiam ad invicem. Sed angelus nō ha-
bet cōvenientiā cū istis corporibus
cum corruptibilem et incorruptibi-
lium etiam genus non sit vnum ut
dicitur in decimo metha. Ergo an-
geli in hec corpora nō possunt agere.
Preterea si agūt angeli in hec cor-
pora aut agunt per imperium aut p̄
influxum. Si per imperium equalit̄
agere possunt in propinqua et distā-
tia. quod est cōtra Damascenū qui
dicit q̄ ubi operantur ibi sunt. Si
vero per influxum oportet q̄ illud
quod influunt per medium transeat

medium autem corporale non est re-
ceptivum spiritualis impressionis.

Ergo nullo modo possūt angeli agere
in hec inferiora corpora neq̄ in ani-
mas nostras. **P**reterea nō possūt
dici agere vel influere sicut fons in-
fluit rivo. ut idez numero quod prius
est in angelo. postmodum in his
inferiorib⁹ fiat. quia sic in agēdo alī
quid amitteret. nec iterum illud quod
in his inferioribus recipi dicitur per
eorum influxum creando. quia an-
geli creatores non sunt. nec iterum
educendo de potentia in actum. q̄a
ad hoc natura sufficit. ergo angeli
nullo modo in inferiora agunt.

Sed cōtra ē quod Augustinus di-
cit in tertio de trinitate q̄ ea que di-
vinitus in corporalib⁹ sūt ministes-
rio angelorum fiunt. Gregorius eti-
am dicit in quarto dialogo. q̄ om-
nia corporalia per spirituales sub-
stantijs administrantur. **R**espon-
sio dicendum q̄ de actione angeloz
in hec inferiora corpora duplex est
opinio apud philosophos. Cōmen-
tator enī vult in decimo methaphi-
sice q̄ substantie spirituales nō p̄nt
imprimere in hec inferiora corpora
nisi mediātibus corporibus celesti-
bus que a substantijs corporeis mo-
ventur secunduz philosophos. **A**u-
cēna vero vult in sua metha. et in vi.
de naturalibus q̄ dupliciter impri-
munt in hec inferiora. vno modo
p̄ motū orbū. 7 alio mō p̄ imperiuz
immediate. q̄a forme intellect⁹ eoz sūt
factive fm̄ eū. 7 materia sc̄sibilis obe-
dit eoz p̄ceptōib⁹ plus q̄ quiblibet
q̄litatib⁹ actis 7 passis. **E**t exinde ē
fm̄ eū q̄ i istis inferiorib⁹ sūt aliq̄ trā-
mutatōes quib⁹ ex p̄ceptiōib⁹ supio-
riū sbaz p̄ter totū ordiez cāp̄ nāliuz
Sed hec opinio secunda repugnat
dictis augustini in tertio de tri. ubi

Quodlibet

dicitur q̄ angelis nō seruit ad nutū materia corporalis. Repugnat etiā rationi. quia q̄nis quod est in potētia in materia sit actu in substantijs multo nobilior. tamen materia corporalis non est proportionata potētia respectu tales actus. quo substantie spirituales in actu sunt. oportet autem agens quod educit potētiā in actu esse materie proportionatum. unde non potest esse q̄ virtus substantie spiritualis create se extendat ad materie transmutationem immediate. s̄ mediante aliquo agente naturali. Quāvis enim ei non obediāt corporalis materia ad formalem transmutationem. immediate tamen obedit ei localiter ad motum localem. et per hanc virtutem possunt congregare et circumponere aliqua agentia naturalia ad aliquem effectum perficiendum. Ea vero ad que nulla virtus naturalis se extendit sunt sola diuina virtute. que solum potest naturalem ordinem immutare. Sed quia mentes nostre sunt proportionate et propinque ad recipiendum actionem angelorum. ideo in mentes nostras agere possunt dupliciter. vno modo confortando intellectum nostrum sicut in corporalibus minus calidum confortatur per magis calidum. Alio modo per agens naturale ipsius intellectus. sicut etiam agit in corpora et hoc est in quantum lumine angelico illustratur fantasmata ad aliquas nobiliores conceptioes imprimendas que lumine intellectus agentis exprimi possent. Ad primum ergo dicendum q̄ angeli habent convenientiam cum istis inferioribus corporibus que est convenientia mouentis ad motum possunt enim mouere motu locali corpora. nō solum illa celestia immediate sed etiam hec inferiora. vt sic senten-

tia nostra de actione angelorum in corpora sit media inter duas opinionum phorum predictas. Ad secundum dicendum q̄ angelus agit in hec corpora mouendo ea localiter per imperium s̄ imperium non dicitur hic sine virtute actiua. quaz oportet aliter quo modo contingere corpus motum cum mouens et motum oporteat esse simul. vt probatur in septimo philosophorum. Actio vero qua influere dicitur in animam nostram confortando eam ad intelligendum. non oportet q̄ transeat per medium corporale. q̄ hoc facit in spiritualibus ordo quod in corporalibus situs. s̄m aug. Anime vero nostre ordine nature quasi contiguantur ipsis angelis. sicut et angelus inferiori superiori. unde non oportet q̄ interueniat medium corporale. Ad tertium dicendum q̄ angeli neque in anima neque in natura corporali aliter quid creant. s̄ solum educunt de potentia in actum. Et quis naturale agens de potentia in actum educere possit nō tamen ita perfecte sicut angelus

Deinde queritur de his que pertinent ad homines. Et primo quantum ad naturam. Secundo quantum ad gratiam. Tertio quantum ad culpam. Quarto quantum ad gloriam. Quantum ad naturam querunt duo. Primo utrum vegetabilis et sensibilis anima sint a creatioe. Secundo utrum imperare sit actus voluntatis vel rationis.

Articul⁹ xi.

Habere primum sic proceditur. videtur q̄ anima vegetabilis et sensibilis educantur in esse per creatioem. vt enim dicit aug. in si de vera religione. Substantia viuens nature ordine preferatur substantie non viuenti. Sed anima sensibilis et vegetabilis sunt substantie viuentes ergo sunt nobiliores omnibus substantijs non viuentibus. Alii autem sub-

Nonum

stantie nō viuentes sunt immediate a deo create. vt elementa hui⁹ mundi. ergo et aīa sēnsibilis ⁊ vegetabilis immediate a deo creatur. cum nobilitas facientis demonstrat nobilitatē facti. ¶ Preterea omne cui proprie cōpetit fieri. vel fit ex nihilo vel fit ex aliquo. Sed aīa vegetabilis et sensibilibi competit proprie fieri. ergo cum non fiat ex aliquo. quia nō habent materiam partem sui. relinquitur qd fiant ex nihilo. et sic exeunt per creationem. ¶ Probatō medie. Omne qd proprie habet esse si nō semp fuit. proprie dicitur fieri. Sed anima sēnsibilis proprie ⁊ vere habet esse cū sit substantia operans. mouet enī corpus nihil autē habet propriam operationē nisi qd habet propriū esse. ergo cū anima sēnsibilis huius aīalis non semper fuerit. proprie competit ei fieri. et sic restat qd creatur. ¶ Sed contra est quod phis dicit in secūdo de aīa qd sensitui prima mutatio fit a generante. Prima autē mutatio sensitui est sūm quā acquirat actū primū qui est aīa sensitua. ergo fit p generationem et nō p creationē. ¶ Preterea omne illud qd precedit in semine hoīs ante introductionem aīe rationalis est per generationem et non per creationem. Sed aīa vegetabilis ⁊ sēnsibilis precedūt in semine hoīs. quia p̄mū est viuū qd animal et animal qd hō sūm p̄mū in decemoferto de aīalibus. ergo etiam in homine est aīa sēnsibilis et vegetabilis per generationē. ¶ Preterea cū deus in instāti operetur. natura vō successiue. omne illud quod per actionem successiuam erit in esse est ab aliquo agente naturali. Sed aīa sēnsibilis et vegetabilis produciuntur actione successiua. quia determinato spatio temporis viuificatur conceptus et sēnsificatur ergo anima sēnsibilis

et vegetabilis sunt a naturali agente non per creationem. ¶ Responso dicēdū qd circa hāc questionē est duplex opinio. Quidam enim dicūt animam sēnsibilem et vegetabilem eē ex creatione. Alij vero ex traductiōe et hec diuersitas apud phos inuenitur non solum de istis animalibus. s; etiam de omnibus formis substantialib⁹. Quidam enim vt Plato et Auicēna posuerunt omnes formas ab extrinseco esse. qui precipue ex duobus mouebantur. ¶ Primo quidem quia cū forme nō habeant materiam partem sui. non possūt fieri nisi ex nihilo. vñ oportet qd a create fiant. Secūdo quia in rebus inferioribus nō videbantur principia actionū nisi qualitates actiuas ⁊ passiuas quas indicabāt insufficientes ad productionem formarū substantialiū. cū nihil agat vltra suā speciem. Sed in hoc videntur fuisse decepti. quia attribuebant fieri proprie istis formis. cum tamē fieri non sit nisi compositi. cuius etiam proprie est esse. Forme enim esse dicuntur non vt subsistentes. sed vt quo composita sunt. vnde et fieri dicuntur non propria factione sed per factionem suppositorum. que transmutantur transmutatione materie de potentia in actum. vnde sicut composita fiunt per agentia naturalia. ita etiam forme que non sunt subsistentes. Qualitates autē actiue ⁊ passiue agunt ad formas substantiales in virtute substantialiū formarum quaz sūt instrumēta. sic calor ignis agit vt instrumentū aīe nutritiue. vt dicitur in secundo de anima. Anima autē vegetabilis et sēnsibilis non sunt forme subsistentes. alias remanerēt post corpora. vnde oportet qd fiant a generante per actionem compositorum sicut et cetera forme materiales.

Quodlibet

sola autē aīa intellectiua que habz eē
sūstēs. cū maneat post corp^o est ab
extrinseco per creationē. Si autē sen
sibile et vegetabile et intellectiū in ho
mine in diuersis sūstantijs aīe radicā
tur tūc et vegetabilis et sēnsibilis hoīs
a generante erit. s; quia hec opinio
repugnat dictis p̄hoz. qui in vno
aiato vnā aīam tñ posuerunt. ad
quā omnes opationes aīe p̄tinet. et
etiā cōtra dicta sanctorū im̄phantū
dualitatē aīaz vt patet in li. de eccle
siasticis dogmatibus. **Nō** approbato
q̄ in homine sit tñ vna sūstantia aīe
cui^o potētē sūt vegetatiū sensitīū
et intellectiū dicim^o q̄ aīa hominis
que oēs has potētias aīe sustinet a
deo creat^o quāuis per opationes na
turalis agentis fiat. vt corpus orga
nizatū actū pficiatur p̄ potētias q̄
sūt corporaliū partiū actus. **Ad** p̄
mūz ergo dicēdū q̄ aīa vegetabil^{is} et
sensibilis nō sunt sūstātīe viuentes.
sicut nec sūstētēs. s; sunt p̄ncipia vi
uēdi et essēdi. et itēz nō oportz si qd
min^o nobile sit a deo imēdiate. q̄ etiā
am qd est magis nobile. quia de^o cū
nō habeat limitatā v̄tutem nec agat
necessitate nature potest nobiliora et
min^o nobilia fm suā voluntatē sicut
imēdiate produxit p̄ima indiuidua
brutoz aīaliū q̄bus tñ homines qui
nūc generātur ex semine nobiliores
sunt. **Ad** secundū dicēdū q̄ aīe
sensitiue nō conuenit per se eē nec fie
ri nec opari. nulla enī est actio aīe in
q̄ corp^o nō cōmūntet. Est enī potē
tia motiua anime sensitiue. vna que
impat. s. appetitiua. cui^o act^o p̄stat q̄
nō exercetur sine corpore. Altera q̄
imperat q̄ affixa muscul^{is} et neruis ē
p̄ncipiū mobilitatis in eis. sed
ipsa distinctio partium corporaliūz
facit q̄ vna ps animalis est mouēs
et alia mota et ita possunt moueri

ex se. **Alia** que sunt in cōtrariū cō
cedimus nisi quantū pertinet ad ho
minem in cui^o semine quāuis p̄e
cedat vegetatiua et sensitiua anima
imperfecte. cum illis cessantib^o intro
ducatur per creationem aīa rōnal^{is} q̄
p̄fecte p̄tinz qd in eis erat imp̄fecti
onis nā fm Auid. in generatiōe aīa
lis ex semine interueniūt multe gene
rationes et corruptōes.

Articulus duodecim^o

Ad secundū sic p̄cedit. videt^o
q̄ imperare sit act^o rōis. q̄a
p̄hs dicit in. i. ethi. Rō recte et
ad opima dēscat et obedit ei qd ē
p̄tinet. ergo impare et dēscari et hi^o
vident^o ad rōnē p̄tinē. **S; p̄.** Impare
ad dñū p̄tinz **S; nos** sum^o dñi n̄o
rū actū p̄ voluntatē ergo impare est
act^o voluntatis. **R̄sio** dō q̄ in im
perio duo p̄currūt. q̄z vnū est rōis
aliud voluntatis. Qui enī ipat aliqd
inclinat ad faciendū quod volunta
tis est. ipsius enī est mouere per mo
dum agentis et itēz ordinat euz cui
imperat ad exequendum illud quod
imperatur. et hoc ad ratiōnē p̄tinet
cuius est ordinare. **Et** si duorum ho
rum ordo consideretur videtur p̄
mum esse inclinatio voluntatis in
aliquid per electionem. et postea in
principio executionis ordinatur p̄
quos fieri debeat quod electum est
et sic imperium erit imēdiate act^o
rationis sed voluntatis quasi p̄mo
mouentis et per hoc patz solutiō ad
obiecta.

Articulus tertiusdecimus

Deinde q̄rit quātū ad gratiaz
pertinet. **Utrum** charitas se
cundum suam essentiam au
getur. **Et** videtur q̄ non. **Cum**
enim augmentum sit quedam muta
tio vel variatio. quod fm essentiam
angetur scōm essentiam variatur vt

Nonum.

mutatur. Sed quod mutatur vel variatur scdm essentiam aut generatur aut corrumpitur ergo si charitas fz essentiam augetur corrumpitur non enim generatur cum prius fuerit.

Preterea charitas non habet quantitatem nisi virtuales. Sed virtus charitatis est ipsa essentia eius ergo qnitas charitatis est ipsa essentia eius non ergo potest esse q varietur qnitas charitatis sine variatione essentie ei? et sic si augetur fm suam essentiam oportet q esse eius vel generetur vel corrumpatur. Sed contra. Premiū essentiale respondet ipsi essentie charitatis. Sed quidam proficiunt ad maius premiū essentiale. ergo in eis charitas fm essentiam augetur.

Responso dicendum q charitas fm suam essentiam augetur. Sed notandum est q hec prepositio fm varias habitudines importat. quādoq; denotat subiectum. ut cum dicitur. iste ē albus fm pedē. quia pes est subiectum albedinis. quandoq; vero formam ut cum dicitur. iste est coloratus fm albedinem. Cum ergo dicitur aliquid fm hoc moueri. potest intelligi vel subiectum vel formam. Cum enim dicitur. iste mouetur fm manū. notatur subiectum motus.

Cum vero dicitur iste mouetur fm locum. notatur id quod formaliter specificat motum. Sic ergo cum dicimus charitatem fm essentiam augeri. denotatur subiectum augmenti. ut sit sensus. Ipsa essentia charitatis augetur. sicut cum dicimus. album augetur fm essentiam suam. non autem designatur forma specificans motum ut sit sensus augetur fm essentiam. i. augmentū eius est motus in esse vel in essentia. et sic dicitur augmentum esse fm quantitatem. et quānis quantitas charitatis que est virtus sit idēz

quod essentia charitatis. non tamen oportet q essentia charitatis tollat quia etiam in augmento corporali ipsa essentia quantitatis nō tollitur cum semper remaneat diuēsiō interminata sed secundum diuersas terminations quas recipit fit mutatio de paruo in magnum. que est augmentum ita etiam ipsa virtus charitatis non tollitur per essentiam suam. sed variatur terminatio ei?. Omnis autē forma recepta in aliquo subiecto terminationem recipit fm capacitatem recipientis. Unde quanto subiectum charitatis magis disponitur ad charitatem. i. ad congregationē sui ad deum. tanto maiorem participat charitatem. et sic charitas fm suam essentiam augeri dicitur. et per hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus quartusdecim.

Deinde queritur de his que pertinent ad culpam. Et queruntur duo. Primo vtrū Petrus negando xpm peccauerit mortaliter. Secundo vtrū habere plures prebendas sine cura animarum absq; dispensatione sit peccatum mortale. Ad primum sic proceditur. Quidam dicitur q petrus negando xpm non peccauit mortaliter. Dicit enim quidam glosa q peccauit per surreptionem. Sed peccatum per surreptionem est veniale et non mortale. vnde pmi motus q per surreptionem sunt sunt peccata venialia. ergo peccauit tantū venialiter. Preterea Ber. dicit in li. de dile. dñi q i Petro charitas fuit sopita nō extincta. Sz p peccatū mortale charitas extinguit. ergo Petrus nō peccauit mortaliter. Sz est qd Bre. di. i. moral. q Petrus ab ipis faucibus diaboli eripit. Sed in faucibus diaboli nō ē aliqd nisi p peccatū mortale ergo Petrus peccauit mortaliter. &

Quodlibet

dicendum q̄ absq̄ dubio Petr⁹ pec-
cavit mortaliter negando christum
quod quidem patet ex duobus. Pri-
mo quia negavit fidem in loco ubi
periclitabatur. et eius cōfessio requi-
rebatur. Ore enim confessio fit ad sa-
lutem ut dicitur ad Roma. decimo.
in quo videtur q̄ sit de necessitate sa-
lutis confessio fidei in casu predicto
et precipue mendaciū in his q̄ sūt
fidei p̄uocōssimū ē. fm̄ augustinuz
in libro de inēdacio. **S**ecundo q̄
defectui confessionis ⁊ mendacio ad-
didit periurium ⁊ blasphemiaz. quia
ut dicitur **M**atheī vicesimoserto.
Cepit detestari ⁊ iurare q̄a non no-
uisset hominem. que constat esse gra-
uia peccata. unde dicit glosa ibidem
Tertio cepit detestari et iurare quia
non novisset hominem. quia pseuera-
re in peccato dat incrementum scele-
rum. et qui minima spernit cadit
in maiora. **A**d primuz ergo di-
cēdū q̄ surreptio dupliciter accipiē
Uno modo fm̄ q̄ opponitur delibe-
ratōni. et sic p̄mi motus dicitur esse
surrepticiū. sic **P**etrus ex surreptione
non peccavit. **A**lio modo fm̄ q̄ op-
ponitur electōni. et sic **P**etrus ex sur-
reptione peccavit. quia nō peccavit
ex electione quasi ex certa malicia s̄
ex passione timoris. talis autem sur-
reptio non excusat a peccato mortua-
li. sicut patet in incontinente. qui for-
nicatur motus concupiscentia. cum
tamen haberet propositum continē-
di. **A**d secunduz dicendū q̄ **B**er.
improprie loquitur. et eius verbum
ut verificetur est intelligēdū de qua-
dam dilectione familiaritatis. quaz
Petrus ad christuz conceperat. que
in eo mansit etiaz post negationem.
vel si intelligatur de charitate gratui-
ta. intelligendum est q̄ non fuit ex-
tincta fm̄ predestinationem diuinaz

que eius p̄niaz preparabat. quāuis
esset in se extincta fm̄ actum.

Articulus quintusdecimus
Secundū sic proceditur.
Videtur q̄ habē plures p̄-
bendas sine cura animarum
absq̄ dispensatōne sit peccatum mor-
tale. Quicunq̄ enim facit contra sta-
tutum concilij peccat mortaliter. **S**z
qui habet plures p̄bendas facit cōtra
statutū cōcilij generalis. ergo peccat
mortaliter. **P**robatio medie. distin-
vij. dicit in quodaz decreto **U**rbani
pape. quod incipit. **S**anctorum ca-
nonum. omnino aliquem in duabus
ecclesijs titulari non liceat. **S**z vnus
quisq̄ in qua titularis est in ea tan-
tum canonicus habeatur. **L**icet enī
episcopi dispensatōne vnus diuersis
p̄esse possit ecclesijs. canonicus ta-
men p̄bedarius nisi vnus ecclesie
in qua conscriptus est. esse non de-
bet. **P**reterea xv. q. i. dicit quoddā
decretum septime synodi. **C**lericus
ab instanti tempore in duabus non
p̄numerē ecclesijs. negociatōis enī
ē hoc et turpis lucrī p̄modū et ab ec-
clesiastica consuetudine penitus alie-
nū. et sic idem quod p̄s **P**reterea
Cryso. dicit qd̄ tēbra erubuit lumē
erubescat. qd̄ figure non fuit p̄cessū
rei reoz esse illicitū. figure autē nō fu-
it p̄cessum q̄ inter leuitas qui capie-
bat in bethleē capet ī hirtin. quō cū
p̄fectōres eē debea. q̄ capit in cyro
nō capit in **D**amasco. **P**reterea
Ber. di. **Q**ui nō vnus s̄ plures ē in
b̄ficijs nō vn⁹ s̄ plures erit ī suppli-
cijs **S**z q̄ h̄z plures p̄bendas plures
ē ī b̄ficijs. ergo plures erit in suppli-
cijs et sic gravissime peccat. **P**rete-
rea quicunq̄ committit se discrimini
et periculo peccati mortalis peccat
mortaliter. iste est hi⁹. q̄a recipiendo
p̄les p̄bendas iurat statuta viriūsq̄

¶ Nonum

ecclesie in quibus prebendatur q̄ ali
qn̄ nō p̄nt si mul seruari .vtpote si eo
dem tpe vocetur ad electionē i vtra
q̄ ecclesia vel ad aliqua ecclesie ne
gotia per agenda ⁊ p̄cipue si sit cā i
ter duas ecclesias cū vtriq̄ teneat. er
go videtur q̄ peccet mortaliter
Sz p̄tra est quia illud qd̄ vergit in
p̄mune periculū nō est ab ecclesia su
stinēdum. sed ecclia sustinet vt aliqui
cōiter hab eāt duas p̄bēdas. ergo in
hoc nō est periculū peccati morta
lis. **P**reterea licitū est alicui patri
monii habēti p̄bēdam accipere. **S**z
maior est cōuenientia inter ecclesia
stica beneficia q̄ inter patrimoniū
⁊ p̄bendā. ergo etiam licz habenti
vnā p̄bēdam accipe aliā. **R**ñsio
dō. q̄ omnis questio in q̄ de pecca
to mortali q̄rit nisi expresse veritas
habeatur periculose determinatur.
quia error quo nō creditur esse pec
catū mortale qd̄ est p̄cām mortale
p̄scientiāz nō excusat a toto licz for
te a tanto. Error vero quo creditur
esse mortale qd̄ non est mortale ex
p̄cētia ligat ad p̄cām mortale. **P**re
cipue aut̄ piculosum est vbi veritas
ambigua est. qd̄ in hac qōne accidit
Cum enī hec questio ad theologos
pertineat in q̄ntū dependet ex iure
diuino vel ex iure naturali. ⁊ ad iu
ristas in q̄ntū dependet ex iure posi
tuo inueniūtur in ea theologi theo
logis ⁊ iuriste iuristis p̄traria senti
re. **I**n iure namq̄ diuino nō inueniē
determinata expresse cū in sacra scri
ptura expresse mentio de ea nō fiat
q̄uis ad eam argumenta ex aliqui
bus auctoritatib⁹ scripture forte ad
duci possint que tñ non lucide veri
tātē ostēdit. **D**eterminādo vero eaz
finitus naturale. sic videtur ad p̄ns
de ea dicendū. q̄ actionū humanaz
multiplex est differentia. **Q**uedā cū

sunt que habent deformitatē insepa
rabiler annerā. vt fornicatio adul
terium ⁊ alia hmōi. que nullo modo
bñ fieri possunt. de numero taliū nō
est habere plures prebendas. alias
in nullo casu dispensationem recipere
possz. quod nullus dicit. **Q**uedā ve
ro sunt actiones que de se indifferen
ter sunt ad bonū vel malum. vt leua
re festucā de terra. vel aliqd̄ hmōi. i
ter quarum numerū quidā p̄putant
habere plures prebendas dicentes.
Ita licitū est plures prebendas ha
bere sicut plura poma. **S**ed hoc nō
videtur esse verum. cū hoc qd̄ ē ha
bere plures prebendas plurimas in
se inordinationes contineat. vtpote
quia non est possibile aliquem i plu
ribus ecclis deservire in quibus est
prebendat⁹ cum p̄bēde videantur
esse ordinate q̄si quedam stipendia
deo ibidem ministrantiū. **S**equitur
etiā diminutio cult⁹ diuini dū vnus
loco plurium instituitur. **S**equit⁹ eti
am in aliquib⁹ defraudatio volūta
tatum testatorū. qui ad hoc aliq̄ bo
na ecclis contulerunt vt cert⁹ nume
rus deo deseruientium ibi essz. **S**eq
tur etiam inequalitas dū vn⁹ pluri
bus beneficijs abundat. ⁊ alius nec
vnū habē potest. ⁊ multa alia hmōi
que de facili patent. vnde non p̄t cō
tineri inter indifferentes actiones ⁊
multo minus inter eas que sunt fm
se bone vt dare elemosynam ⁊ hmōi
Sunt vero quedam actiones q̄ ab
solute considerate deformitatē vel i
ordinationem q̄ndam important.
que tñ aliquibus circūstantijs adue
nientibus bone efficiūtur. sicut occi
dere hominez vel pcutere in se defor
mitatē q̄ndā importat. s; si addatur
occidere malefactorem p̄pter iustitiā
vel percutere delinquētē cā discipli
ne non erit p̄cām sed virtuosum. **I**n

Quodlibet

numero harum actionum videtur esse habere plures prebendas. quibus enim aliis inordinatōes cōtineat tñ alie circumstantie possunt supvenire ita honestates actū q̄ predicte iordinationes totaliter evacuātur. vt puta si sit necessitas in pluribus ecclesijs eius obsequio et possit plus seruire ecclesie vt tantundem absens q̄ alius presens. et si qua alia sunt huiusmodi. et tunc istis conditionibus supuenientibus cū recta intentione non erit peccatum etiā nulla dispensatione interueniente. si consideretur tñ s̄m ius naturale. quia dispensatio ad ius naturale non pertinet sed solum ad positium. Si vero aliquis hac intentione plura beneficia habeat vt sit ditior. vt lautius viuatur et vt facilius ad episcopatum perueniat in alio ecclesiarum ubi est prebendatus non tolluntur predicte deformitates sed augentur. quia cū tali intentione vñū beneficiū habere quod nullā inordinatōnem importat esse illicitum. Et sic quidem esse dicendum s̄m ius naturale etiā nullo iure positivo supueniente. Nunc autem certum est per antiqua iura hoc esse prohibitum. per etiā huius prohibitioni consuetudine esse contrariā per quā quidam dicunt illa iura esse abrogata. Nam per contrariam consuetudinem iura humana abrogantur. Euidem vero dicunt per hac consuetudinem antiqua iura non abrogari eo quod quedam decretalis est multa per patientiam tolerantur que si in iudicium fuerit deducta iusticia cogente castarentur. et hec cōtrouersia iuristis est relinquenda quoniam nis hoc videatur esse probabile quod quantum ad hoc quod iura illa antiqua pertinent ius naturale abrogari non possunt per contrariā consuetudinem vt pote irrationalem. quantum autem ad

hoc quod solum de iure positivo pertinet possunt esse abrogata precipue si simulantes hanc contrariā consuetudinem in quorum potestate est ius positium mutare intendunt per talem dissimulationem antiqua iura mutare. Si ergo antiqua iura que hoc prohibent in suo robore maneant contraria consuetudine non obstante certum est non posse aliquem plures prebendas habere absque dispensatione etiam illis circumstantiis supuenientibus que s̄m considerationem iuris naturalis actum poterant honestare. Si autem antiqua iura sunt per consuetudinem abrogata tunc predictis circumstantiis supuenientibus etiam sine dispensatione licitum est plures prebendas habere sine quibus circumstantiis licitum est quantumcumque dispensatio interueniat. eo quod dispensatio humana non aufert ligamen iuris naturalis sed solum ligamen iuris positium quod per hominem statuitur et per hominem dispensari potest. Et ex his de facili potest patere responsio ad obiecta.

Articulus .xvi.

Deinde queritur quantum ad gloriam pertinet. vtrum omnes sancti qui sunt per ecclesiam canonisati sint in gloria vel alii qui eorum sint in inferno. et videtur quod aliqui possint esse in inferno de his qui sunt in ecclesia canonisati. Nullus enim potest esse ita certus de statu alicuius sicut ipemet de se quia quantum sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. vt dicitur. i. ad Cor. ij. Sed homo non potest esse certus de se ipso vtrum sit in statu salutis. Dicit enim Ecclesiastes. ix. Nemo scit vtrum sit dignus odio vel amore. ergo multo minus papa scit. ergo

Nonum

potest in canonizando errare. **P**reterea quicumque in iudicando inuitiē medio fallibili potest errare. sed ecclesia in canonizando sanctos inuitiē testimonio humano cuius inquirat per testes de vita et miraculis. ergo cum testimonium hominum sit fallibile videtur quod ecclesia in canonizando sanctos possit errare. **S**ed contra. In ecclesia potest non esse error damnabilis sed hoc est error damnabilis si veneretur tanquam sanctus qui fuit peccator. quia aliqui sciētes peccata eius crederent hoc esse falsum. et si ita contigerit possent ad errorem perducī. quod ecclesia in talibus errare non potest. **P**reterea Augustinus dicit in epistola ad Piero. Quod si in scriptura canonica aliquod mendacium admittatur mutabitur fides nostra quod ex scriptura canonica dependet. Sed sicut tenemur credere illud quod est in sacra scriptura ita illud quod est communiter per ecclesiam determinatum unde hereticus iudicatur qui sentit contra determinationem conciliorum. ergo commune iudicium ecclesie erroris esse non potest. et sic idem quod prius. **R**esponso dicendum quod aliquid potest iudicari possibile secundum se consideratum quod relatum ad aliquid extrinsecum impossibile inuenitur. Dico ergo quod iudicium eorum qui presunt ecclesie potest errare in quibuslibet si persone eorum tantum respiciantur. Si vero consideretur divina providentia que ecclesiam suam spiritu sancto dirigit ut non erret sicut ipse promisit Jo. xiiij. quod spiritus adueniens doceret omnem veritatem de necessariis scilicet ad salutem certum est quod iudicium ecclesie universalis errare in his que ad fidem pertinent impossibile est. **U**nde ma-

gis est standum sententie pape ad quem pertinet determinare de fide qua in iudicio profertur quod quorumlibet sapientum hominum in scripturis opinio nisi cum Cayphas quantum nequam tamen quia pontifex legitur etiam inscius prophetasse Job. undecimo. In alijs vero sententijs que ad particularia facta pertinent ut cum agitur de possessionibus vel de criminibus vel de huiusmodi possibile est iudicium ecclesie errare propter falsos testes. Canonizatio vero sanctorum medijs est inter hec duo. quia tamen honor quem sanctis exhibemus quedam professio fidei est qua sanctorum gloriaz credimus pie credendum est quod nec etiam in his iudicium ecclesie errare possit. **A**d primum ergo dicendum quod pontifex cuius est canonizare sanctos potest certificari de statu alicuius per inquisitionem vite et attestationem miraculorum. et precipue per instinctum spiritus sancti qui omnia scrutatur etiam profunda dei. **A**d secundum dicendum quod divina providentia preseruat ecclesiam ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur.

ExPLICIT quodlibet nonum.

INCIPIT quodlibet decimum